



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocausti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Post Missam. Gratiarum actio, & Vox laudis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

POST MISSAM.

*Gratiarum actio, &
Vox laudis.*

*S. Augo
Soliloq.
B. c. 33.
Cap. 10.*

Confiteor tibi, sa-
lus animæ meæ to-
to corde meo super v-
niuersis beneficijs, qui-
bus pascis me à iuuen-
tute mea, & vsque in
senectam, & senium.
Sed quis ego sum per
me, vt laudem te? Pul-
uis, & cinis ego sum,
canis mortuus, & fœ-
tens ego sum, vermis,
& pu-

Grat. actio, &c. 127

& putredo ego sum ,
Quis ego sum vt lau-
dem te, Domine Deus
fortissime , spiritus v-
niuersæ carnis , qui in-
habitas æternitatem ?
Nunquid tenebræ lau-
dabūt lucem, aut mors
vitam? Tu lux, ego te-
nebræ : tu vita ego
mors . Nunquid vani-
tas veritatē laudabit ?
Tu es veritas, ego ho-
mo similis factus vani-
tati. Quid ego , Domi-
ne, laudabo te? Nun-
quid miseria mea lau-
dabit te? Nunquid fœ-
tor laudabit odorem ?

F 4 Nun-

128 *Die Luna*

Nunquid mortalitas
hominis, quæ hodie
est, & cras tollitur, lau-
dabit te? Nunquid lau-
dabit te homo putre-
do, & filius hominis
vermis? Nūquid lauda-
bit te, Domine, qui in
peccatis cōceptus est,
& natus, & nutritus?
Non est enim speciosa
laus in ore peccatoris.
Laudet te Domine
Deus meus, incompre-
hensibilis potētia tua,
incircumscriptibilis sa-
pientia tua, & ineffa-
bilis bonitas tua. Lau-
det te supereminens
cle-

Grat. actio, &c. 129

clementia tua, superabundans misericordia tua, sempiterna quoque virtus, & diuinitas tua. Laudet te omnipotentissima fortitudo tua, summa quoque benignitas tua, & caritas tua, per quam crexisti nos Domine Deus, vita animæ meæ.

Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni patris filiū: & beata vbera, quæ lactauerūt Christum Dominum.

F 5 OB-